

nam, Constare volumus vniuersis, quod nos . . ti exequutores testamenti felicis recordacionis Domini Benedicti Lincopensis quondam Episcopi, auctoritate que . . hac parte competit, curiam dictam staf sitam in færingsø quam idem venerabilis pater in eodem testamento contulit ecclesie vpsalensi cum omnibus attinencijs suis ipsi vpsalensi ecclesie per difinitiuam adiudicamus sentenciam, presencium tenore, ponentes eam in corporali possessione predictae Curie, & omnium sibi attinencium, & parati prout opus fuerit defendere taliter introductam, In cuius rei euidenciam, Secreta nostra presentibus apponenda duximus eo quod pontificalia nondum habeamus sigilla propter pontificalis officij nouitatem Datum apud ørabro anno domini. M°.CC°.XC°. Secundo Quarto kalendas februarij.

Sigillen: 1, 2. Andeliga.

1058.

1292. d. 3 Febr.

Byarum.

Väpnarne GÖTHE HARALDS SONS, GUNNE BRODDESONS och HERLOG BOCKS intyg om Nydala klosters nu bestämda vissa andel i Krängshults skog, med fastställda gränsmärken.

A. 3. x. 1.

Vniuersis presens scriptum cernentibus GÖTHE HARALDSON GUNNO BRUDASSON & HERLACHUS BUCH armigeri Salutem in domino Notum sit vniuersis per presentes nos interfuisse quando dominus abbas noueuallis & omnes possessores silue krengshult vno consensu & vna voluntate bona consenserunt quod dominus abbas pro omnibus partibus suis in predicta silua recepit quandam porcionem ad meridionalem plagam dicte silue hiis terminis circumclusam. primus terminus ad aquilonem grimshögh jnde directe in grimskeldo jnde directe in sandsio: jnde in albam rupem jnde in stalabech jnde in grimsrydh jnde in erectum lapidem jnde in rupem mobilem que wlgo dicitur cupurhel & sic demum in grimshögh Hiis terminis stetit abbas contentus & omnes possessores silue vt dictum est Datum apud ecclesiam byarum anno Dominj MCCXCII Dominica septuagesime nostris sub sigillis.

Alla sigillen bortkomna, brevets nedre kant mycket multnad.

1059.

1292 d. 5 Febr.

Rom.

Påfven NICOLAUS IV:s Bulla angående 1 år och 40 dagars aflat för botsökande vid Åbo Domkyrka.

B. 5. 65.

*Super indulgencias vnius annj & XL dierum jn festis beate virginis.*

NICOLAUS Episcopus servus servorum Dej Vniuersis christi fidelibus Presentes litteras inspecturis Salutem & apostolicam benedictionem Vite